

## P R Æ F A T I O.

callere queant, unde nec Cato, quamvis senex & sepulchro vicinus, Græca addiscere erubuit, quoniam inter Romanos nemo, qui Græca ignorabat, viri docti nomen merebatur; Quod adhuc hodie judicandum esse, res ipsa loquitur, nam Philosophus Græcæ linguæ notitia carere non potest, ob Platonem, Aristotelem aliosque Philosophorum Principes, ut & ob plerosque terminos technicos, qui Græcæ sunt originis; Medicos cogit Galenus, Hippocrates, Græcaque medicamentorum morborumque appellatio Græca addiscere; Theologum invitat ad hujus Linguæ studium N. T. Græcum, Versio LXX. Interpret. V. T. & venerandus Græcorum Ecclesiæ Patrum chorus; Ut omninò verum sit quod trito circumfertur disticho:

Qui non Græca simul junxit documenta Latinis,  
Hic verè docti nomen habere nequit.



ISO-